



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXXXI. Papst Nicolaus ersucht den Markgrafen Johann von Brandenburg
um seinen Consens zu der Schenkung des Römischen Königs Rudolph, am
21. Dezember 1278.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

gressum huiusmodi seruitii non fecerimus expeditionis, predictus dominus noster Marchio nobis in predicta pecunia non erit aliquatenus obligatus; sed bona, que ipse nobis contulit, in pheodo obtinebimus possidendo. Prima autem expeditione completa, continuabimus seruitium promissum cum sexaginta dextrariis faleratis, quamdiu durauerit dicta guerra, et si ad conflictum venire nos contigerit, warandabimur de captiuitatis exemptione et rerum perditione secundum arbitrium discretorum. Vt autem predicta seruitia, pro quibus eius pheoda suscepimus et pecunie sponsonem, non immutemus, ciuitates nostras quatuor, videlicet Gardiz, Griphenhagen, Piriz et Staregart, predicto Domino Marchioni Conrado sub iuramento consulum et promissione communitatis dictarum ciuitatum posuimus obligando, vt si aliquando predicta seruitia non implemus, quod extunc dicte ciuitates dicto domino Marchioni se subiciant, a nobis penitus recedendo, quouisque prescripta seruitia et promissa adimpleuerimus secundum iustitiam uel fauorem. Preterea si precariam in terra nostra decreuerimus postulare, hominibus (sic) Domini nostri Marchionis, qui bona et pheoda a nobis tenent, ad nostram presentiam inuitabimus petendam precariam declarando, et siue uenerint siue non, si petita precaria communiter fuerit acceptata et ab omnibus persoluta, homines Domini nostri marchionis eam soluere non negabunt. Et si expeditionem indixerimus et executi eandem fuerimus et uasallis Dominorum Marchionum, a nobis pheoda tenentibus ipsam nunciauerimus et ire neglexerint, secundum quod iustum fuerit tractabimus cum eisdem. Preterea nullam iniuriam erogabimus uasallis Dominorum nostrorum a nobis bona tenentibus in pheodo, nec ipsi uasallos nostros in aliquo perturbabunt, set omnia in iure et iusticia vel amicitia amicabiliter tractabuntur. Placita autem, que hiis litteris declarantur, nulla alia placita inter nos habita aliquatenus immutabunt. Promisit insuper Dominus noster Marchio Conrado bona fide, quod fratres ejus prenotata bona simili modo, sicut ipse contulit, conferant et sigillata sigillabunt, Hec predicta omnia adimplendo. Quandocunque autem predicta guerra sopita fuerit vel finita et promissa seruitia adimpleta contra ecclesiam Magdeburgensem et eius adiutores, nostre ciuitates predictae ab obligatione hic inscripta erunt libere et solute. In cuius rei validum testimonium predicto domino nostro Conrado, marchioni brandenburgensi, presentem paginam sigillo nostro tradimus sigillatam. Acta sunt hec circa molendinum, quod uocatur duas rotas (sic). Anno domini M^o.CC^o.LXXVIII^o. kal. Junii.

Nach dem Original im K. K. Geheimen Haus-, Hof- und Staats-Archive zu Wien.

CLXXXI. Paps Nicolaus ersucht den Markgrafen Johann von Brandenburg um seinen Consens zu der Schenkung des Römischen-Königs Rudolph, am 21. Dezember 1278.

Nicolaus Episcopus — dilecto filio nobili viro Johanni, Marchioni Brandenburgensi, — statuit in terris altissimus Romanum imperium et ejus culmina dirigi uoluit prouidi stabilitate consilii et maturitate prouida gubernari, ut secure procederet et in negotiis non erraret, cujus presidii per Te ac alios Alimannie principes datur in electione principum

vos ipsos illi columnas adiungitis et affistitis in ejus gubernatione custodes. Certe multa Te et alios predictos potentia dignitatis amplificat quam inprovidis circumspexio veritatis. Nam quanto eminentius consilium vestrum extollitur, tanto maturius vos oportet attendere, quod in agendis expediat, ut ex quibuslibet vestris actibus Pater collaudetur eternus, decor fernetur ecclesie, amplietur cultus justitie ac in omnibus debitum obseruetur, cum ex iis regnorum et principum quietes adueniant et eorum folia corroborentur incrementa vigoris et gratie perceptura. Cum igitur ex tenoribus privilegiorum et declarationibus Romanorum Imperatorum, que in Archivis suis Romana servat ecclesia, appareat, totam terram, que est a Radicophano usque Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, terram Comitisse Mathildis, civitates Rauenne, Aemilie, Bobii, Cefane etc. — cum adjacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad civitatem et loca predicta quoquo modo pertinentibus nec non civitatem Romanam, regnum Sicilie cum omnibus ad ipsam pertinentibus tam citra Pharus quam ultra, Corsicam quoque atque Sardiniam cum ceteris terris ac juribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus ad nos et eandem ecclesiam pleno jure pertinere ac nostri et ipsius ecclesie jurisdictionis et principatus existere. Et charissimus in Christo filius noster Rudolphus Rex Romanorum illustris hec omnia predicta et plura alia, que per eosdem imperatores et alios predecessores suos facta, promissa et gesta fuerant, recognouerit, ratificauerit, declarauerit ac de nouo concesserit per se ac suos nuntios speciales. Nos cupientes ut hec omnia in sua soliditate permanent in futurum, Nobilitatem Tuam rogamus et hortamur attente, quatenus premissis omnibus et aliis, que per eundem regem et alios de mandato suo facta gesta promissa recognita et ratificata sunt vel fieri promitti recognosci et ratificari contigerit, Tuum prebeas assensum sic ea studens promptis studiis approbare juxta formam, quam Tibi per dilectum filium Sigfridum de Anagna Decanum ecclesie S. Andomari Merinensis dioeceseos capellanum nostrum transmittimus, quod deuotio Tua promptitudine vigente reluceat, obvietur futuris aufractibus et nos ac eadem ecclesia sicut rex et Tu etiam successiue plena quietis ubertate fruamur et in predicti regis et vestris successibus prosperis non immerito delectemur. Vt autem de premissis plenius informeris, predictum Capellanum, de cuius fidelitate ac circumspexione confidimus, ad partes illas duximus destinandum, e cuius instructionibus percipere poteris, quid presens negotium ex eminenti sua qualitate requirit. Datum Rome, XII. Kal. Januar. Pontificatus nostri anno primo.

Nach einer Gumblingerischen Abschrift, Gercken's Fragm. March. V, 1 und Buchholz's Gesch. der Ehurmark IV, Urk. Anh. S. 107.

CLXXXII. Der Pfalzgraf Ludwig bei Rhein, die Herzöge Johann und Albert von Sachsen und der Markgraf Otto von Brandenburg bestätigen die Schenkungen des Römischen Königs Rudolph dem Papste, am 19. März 1279.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavarie, Johannes et Albertus Duces Saxonie, Otto Marchio Brandeburgensis universis presentem paginam
Haupttheil. II. Bd. 1.